



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Guillelmi Postelli De Repvblica

Postel, Guillaume

Lvgdvni Batavorvm, 1635

Cap. XVI. De quæstoribus illis, quos Græci demarchos vocant.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65533](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65533)

ATHENIENSIVM. 135
addit scribas solitos illorum no-
mina excipere, & servare, qui ad-
ministratæ Reipub. essent ratio-
nem reddituri: & quoad reddi-
dissent, in publicis diariis conser-
vare. quæ in re fere illis conve-
nit cum nostris. Nulla Respub.
mihi videtur illis carere potuisse.
itaque nullam comparationem
addere visum est.

C A P. X V I.

De quæstoribus illis quos Græci demarchos vocant.

QUOS Græci *δημαρχοι* no-
minant, an recte quæstores
vocare debeam, an ex vi verbi
tribunos pl. quum apud nostros
le exactorum genus inusitatum
sit, nescio. Videbitur ex officio
vis nominis, & propria appella-
tio. Scribant multi fuisse de-
cem numero veluti tribunos pl.

L 4 aut

aut singularum tribuum Duces:
 de qua significatione hic non
 ago. Iulius Pollux, ait, illos in
 locum ναυκράρων, ναυκλάρων, ναυ-
 κάρωνve (nam hoc nomen ita di-
 versum pro re eadem apud varios
 authores est) successisse: fuisse
 vero in singulis tribubus XII.
 partes, quæ singulæ ναυκράειαι
 dicebantur, quibus ipsis singuli
 præerant demarchi. ναυκράειαι
 autem singulæ tempore belli
 duos equites, & navem unam
 suis sumptibus dare, & ornare il-
 lisque ad finem belli sumptum
 facere nomine Reipub. debe-
 bant. Erant ergo ναυκράειαι CXX.
 demarchi totidem, naves toti-
 dem, equites CXL. quum belli
 ingrueret necessitas, sine illis quæ
 ab ærario publico petebantur.
 Curabant primo quæ ad ius nau-
 cratiæ pertinerent conservari,
 facta tectaq; omnia haberi: unde
 quum crebro exigerent, erant
 paupe-

pauperibus molestissimi, quum pro ratione soli, ædium, mercium, aut artis, solvere cogerentur. nisi enim solverent, εἰς χυεῖς ζωνῶν, id est, pignora capere, auctioneque distrahere ad summæ usque rationem poterant. Ad illas molestias popularium alludit Aristophanes in Nebulis, his verbis.

Δάκηδ' μὲ δὴναρχὸς τις ἐν τῷ
σπασμάτων.

*Aliquis, inquit, demarchus me
mordet ex lecto.*

Indicat autem illa allusio κόβην, id est, cimicem, ut ait interpres, quod tenuioris fortunæ homines soleant continuis affici molestiis à coactoribus, non secus atque cimicibus noctu somnum excutientibus. Locus ille alioqui non caret ardua difficultate, quomodo Demarchus unus possit ex culcitra ad mordendum prodire. Ut autem Demarchi mi-
I 5 nori

138. DE REPUBLICA
nori popularium iniuria corradere-
rent, describebant in singulis re-
gionibus (nec enim Athenę tantũ
Athenę fuere) atq; agri Attici Pro-
vinciis quantũ agri fertilis, steri-
lisve esset, demum quantum quis-
que possideret: (ut in illis indi-
ctionibus quas regales taleas vo-
cant, in Gallia Narbonensi fieri
solet) demum pro possessionis ra-
tione merciumque usu exige-
bant: quod an sit olim factum in
tota Gallia, nescio: id unum scio,
si fieret, electorum ars eludi pos-
set, qui à publicanis, aut ditiori-
bus accepta pecunia traducunt
summas in alios pagos, aut impo-
tentiores, aut æque afflictos.
coërcerentur præterea (nisi iam
excogitasset contra illorum frau-
des sanctionem Poyetus Cancel-
larius) illi nobiles qui tenuiorum
terras obnoxias regio censui, suis
adiungunt, immunesque red-
dunt. Præterea non pauci aut
compen-

compendii, aut favoris gratia villas, & censuum omnia genera conducunt, illaque nundinatione, pecuniæ publicæ non parum avertunt. Etiam negligentia illa transcribendi soli contingit, ut qui inter ipsos paræcos sunt tenuissimi, fere omnia persolvant: divites qui alternis annis publicani solent eligi, ut summam nondum perceptam repræsentent, sibi mutuo parcunt, atque secundum proverbium, manu manum fricant: quapropter aut res fisci ad certam pecuniam æstimari, aut coactores omnium iudicio æquissimi delecti deberent perpetuo in officio esse, ne locus talionis in eos esset: aut communi popularium suffragio summa constitui illis deberet. tū enim non facile fierent solitæ iniuriæ. Verum longe amplius in secundo Reipub. Turcicæ volumine ista iam tradidi, quo remitto

140 DE REPUBLICA
mirro lectorem. Post curatam
illam pecuniam quæ erat impe-
rata, secundo officio Demarchi
eos iuvenes quibus per ætatem
liceret τῆ λήξει ἀρχεῖν, successio-
nem, hæreditatemve administra-
re, ἐν ᾧ ληξιαρχικῶ, in diario vi-
delicet hæreditario, adscribe-
bant: quæ res magnam adferebat
utilitatem. Nam iunioribus, &
rerum imperitis, non licebat rem
domesticam, dum fingunt se
velle seorsum agere, decoquere,
& paternas, atque adeo frater-
nas, & avitas opes absumere. un-
de innumeræ lites apud nos sca-
turiunt, non raro, & cædes: sum-
maque inopia multos per scele-
rum licentiam, quam in re pater-
na dissipanda didicere, ad la-
queum adigi certum est. Deinde
quoties super ætate oriebatur
contentio (quod quum alibi fre-
quenter, tum maxime in magi-
stratibus dandis, & accipiendis
erat

A T H E N I E N S I V M. 148
erat solitum contingere) diarium
ubi statim nati scribi solebant,
fidem faciebat veri. In qua et-
iam maxime Poyeti prudentiam
admirari licet, qui regiis sanctio-
nibus curavit ut parœci curio-
nes, seu vicarii singulos ad sa-
cram intinctionem oblatos in-
fantes in parœciæ diario adscri-
berent. Tertia utilitas inde ma-
nans, erat tyronum ad rem mili-
tarem opportuna electio: ex qua
observatione hodie Turcæ, gens
alioqui non usque adeo rerum
perita, perpetuo milite abun-
dant, ultraque ccc. hominum
millia delecta semper ex iuven-
tute Græciæ habent, qua præcla-
rissimæ orbis parti imperando,
nostro capiti imminent. Sed de
his alibi commodius. Convo-
care præterea *vavragias* suas sin-
guli demarchi in urbem ad leges
accipiendas solebant. Credide-
rim sane eam appellationem esse
depra-

depravatissimam, quum vix, ut
iam dixi, inter duos authores in
eo nomine conveniat: quamo-
brem variorum authorum sen-
tentiam adferendam de ea duxi,
eamque lectori excutiendam
relinquere. Demosthenes κα-
τὰ προκράτους vocat ναυκρατικά
μὴ ποτὲ, inquit, τὰ ναυκρα-
τικὰ βίβλιον φέρεται ἐπὶ τοῖς ἀπι-
κτανοῖς. Ne forte naucratica, id
est, res tribuum, melius in Atti-
cianos procederent. Aristopha-
nis interpres ναυκράτης demar-
chos appellat. Demarchi, in-
quit, scribebant in diariis eorum
nomina qui Reipub. debebant
quippiam. Ad hæc libellos lexi-
archicos apud se servare sole-
bant, congregabantque populum
ad leges quum opus esset acci-
piendas, quibus ipsis populari-
bus easdem offerre solebant. Ari-
stoteles autem de Clisthene ait
(scribit idem interpres cum Har-
pocra-

pocratione) quod quum esset in
 summa Reipub. autoritate, fe-
 cerit eodem esse instituto De-
 marchos cum naucraris, seu nau-
 claris, qui à Solone creduntur
 primum instituti. Hi pompam
 in Panathenaicis ornare sole-
 bant. paulo mox subdit idem in-
 terpres, Est autem Demarchus
 idem qui & *ἑρμῆς*. diversum
 à cæteris authoribus scribendo.
 verum ex vocis ratione parum
 errant. Item Asclepiades Alexan-
 drinus *τὸν δὲ ἑρμῆν ἄγρονας*
ἑρμῆς vocat. ut vero scribit
 Demetrius Phalereus, Solon ma-
 xima diligentia curavit constitui
 Demarchos, qui inter populares
 principes essent, simulque quod
 æquum, & iustum Reipub. erat,
 exigent, darentve. Hæc in-
 terpres, omnia in dubium relin-
 quens: ex quo loco illius ingenii
 curiosam ostentationem, magis
 quam acutum iudicium licet de-
 prehen-

144 DE REPUBLICA
prehendere. Harpocraton air.
Erat ναυκράτης Ægypti emporium. Si vero legamus ναυκροεικέ, sunt res Principum. Nam olim τὲς ἀρχοντας. i. Principes, ναυκράτες appellare soliti erant, teste Herodoto in decimoquinto historiarum. Verba sunt Harpocratonis, quæ indicant, etsi Musas habemus Herodoti, tamen alia cum scripsisse quæ temporum iniuria periere.

C A P. XVII.

De quaestoribus reputandarum, quos Græci ὀφειλάτας dicunt.

DECEM erant εὐθωοί, alias χρεώται, debitorum exactores: κυβερνήται, rectores: διορθῶται, emendatores: εὐθωῶτες, directores: δικαστικοί, iudiciales: aut λογισταί, rationum magistri vocari soliti: quos qui rationes red-